

P R A E F A T I O.

catis, gloria in Regnis tuis habet: benignitas & fides inter se occurant: iustitia atque pax se osculentur. Ad hasce causas, cur Homericum istud opus Maiestati Tuæ consecratum manere debeat, accedit etiam alia, me attingens particulariter, quod regia Tua benignitas priuilegium mihi indulxit, quo typographia mea ab incommodis & detrimentis, quibus alioquin ars hæc ob quorundam auaritiam obnoxia est, immunis exsistit. Hoc igitur meæ erga Maiestatem Tuam obseruantæ deuotissimæ gratiæ; animi testimonium exhibere debui, quod (licet nonnullis forsan vile ac leue videri possit) si pro tua Clementia, ut confido, non spernetur, minimè vulgaris beneficij loco ducam, meamq; quibuscunq; potero officijs gratitudinem, quo ad vixero, probare enitar. D O M I N V S ille exercituum te, R E X C H R I S T I A N I S S I M E, prudentiæ spiritu perpetuò gubernet, & muniatur in uicta fortitudine, Maiestatem Tuâ cum Regina Serenissima ac Prole regia quam diutissimè in columem seruet & potenter tueatur, omniq; benedictionum genere locupletet.

BASILEAE xix. Martij anno epochæ Christianæ M. DCVI.

Regiae Maiestatis Tuae

deuotissimus seruus e[st] cliens

Sebastianus Henricpetri
Typographus & ciuis Basiliensis.

Sere-

